Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ob catholicam fidem. in traianopolim ciuitatem tracie. pulsus ex
ilio. ibidem requieuit. In ostia sci Hylarini monachi. Qui cum
nollet sub persecutione iuliani sacrificare. fustibus cesus. martirium
sumpsit. Eodem die. sanctorum Quirici et Iulitte matris eius.

B xvi. k. augusti. In cartagine natalis sanctorum martirum scillitanorum.
idem Sperati. Nartali. Cithini. Beturii. Felicis. Aquilini. Leta
cii. Ianuarii. Generose. Bessie. Donate et Secunde. sub sa
turnino principe. Qui post primam auditionem. in carcerem missi.
et in ligno confixi. deinde gladio decollati sunt. Rome de
positio sci Alexii Confessoris.

xii. C xv. k. aug. Apud cartaginem. sancte Gundenes martiris.
Que iussu rufini proconsulis. ob xpi confessionem. quatuor diu
sis temporibus. eculei extensione uexata. et ungularum hor
renda laceratione cruciata. carceris etiam squalore diutis
sime afflicta. nouissime gladio cesa est. Ciuitate dorostro.

1. D xiiii. k. aug. Natalis sci Epafre. Qui sci Emiliani.
a beato Paulo. colosis ordinatus episcopus. clarus uirtutibus. ibidem martirii
palmam. pouibus sibi commendatis. uirili agone percepit. apud thebai
dam. sci patris nostri Arsenii. de quo in uerbis seniorum refertur.
quia propter redundationem lacrimarum tergendam. sudarium semper
in sinu uel in manu habuerit. In hyspania ciuitate hispa
li. passio sanctarum. Iuste et Rufine. Que a dyogeniano comprehen
se. primo eculei extensione. et ungularum laniatione uexa
te sunt. post carcere. inedia. et doloribus afflicte. tandem iusta
in carcere spiritum exalauit. rufine ceruix confracta est in c

E xiii. k. aug. Natale beati Ioseph. qui confessione.
cognominatus est iustus. Hic predicationis et sanctitatis officio
inseruiens. multamque pro fide xpi persecutionem a iudeis
sustinens. uictoriosissimo fine in iudea quieuit. De quo